



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Maria Annunciata extra Urbis mœnia, ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Deiparæ imago, quæ in ejuſdã domus pariete depicta multis clarebat miraculis deniq; inter antiquas Cardinalium Diaconias recenſetur.

## S. MARIA A PALMIS.

S. Maria in  
Palmis ſi  
ve in plan-  
tiis.

S. Maria à Palmis via Appiæ extra portam Capenam, (nunc S. Sebaſtiani) ſic dicta, à Palmiarum multitudine, quæ ibi olim erat cum Templo Martis, ad quod duo Papæ, & martyres Stephanus & deinde Chriſtus II. ut illi ſimulacro facificarent ſunt pertracti, quemadmodum in eorundem actis legitur apud Surium tom. 4. & Stephani quidem præcibus Martis Statua terræ motu concidit templumque contremuit. S. Chriſto vero inde redeunti occurrit S. Laurentius, qui ab eo de theſauris Eccleſiæ in pauperes diſtribuendis mandatum accepit. Hoc in loco, quemadmodum per vetus pictura ſupra templi fores indicat, Chriſtus S. Petro Neronis rabiem fugienti occurrit, eidemq; roganti, *Domine quo vadis?* reſpondit. *Romam iterum crucifige,* atq; in lapide pedum ſuorum veſtigia impreſſit: unde factum eſt, ut Eccleſia hæc S. Maria à Palmis dicta etiam ſit S. vero Petrus intellexit Chriſtum iterum crucifigendum eſſe in ſervulo, quare ad martyrium fortiter ſubeundū rediit; lapis autem Chriſti Domini veſtigis nobilitatus in proximo S. Sebaſtiani templo pie aſſervatur. Hanc hiftoriam Ambroſius in Auxentium de baſili. non tradendis, Gregorius in pl. 4. poenitent. & alii tradunt vide Baronium tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 69. Cum autem hoc templum præ vetuſtate ruinam minari videretur Reginaldus Polus Cardinalis Anglus, ne tam inſignis Chriſti apparitionis memoria, cum templo pariter interiret, Sacellum aliud forma rotundum paulo ſuperius eadem via Appiæ exaſſicavit, cui nomen inditum, *Domine quo vadis.* Cardinalis vero Toletus hoc ipſum Deiparæ templum pro ſua in Virginis pietate teſſere cœperat, verum perficere, & ſplendorem reſtituere per mortem non licuit.

S. MARIA ANNUNTIATA  
extra Urbem maniam.

S. Maria  
Annunc.  
templum

S. Maria Annunciata ad tertium ab urbe lapidem ſub cura, & protectione ſodalitatis facti Conſalonis in via, qua à tribus fontibus

itur ad S. Sebaſtianum. Hæc ſatis antiqua eſt, & una ex illis novem urbis Eccleſiis, quæ pietatis ergo obiri ſolent. Et anno 320. Honorio II. Pontifice ſolemni ritu eſt conſecrata plurimis in ejus altari reliquiis reſpoſitis, compluribus item indulgentiis eam viſitantibus conceſſis, quemadmodum in lapidis ibidem expoſiti inſcriptione legitur.

## S. MARIA IN DOMINICA

S. Maria in Dominica in monte Cælio, ubi olim manſiones Albanæ, quas Tullus Hoſtilius Alba everſa Albinis ad habitandum aſſignavit; ſic appellatur, vel à conditricè Dominica vel à S. Cyriacæ domo, quæ ex actis S. Laurentii erat in monte Cælio, ubi poſtea forte hoc templum eſt conſtructum (Cyriacæ enim larine idem eſt, quod Dominica) vel quod ſtatio ad eam ſit Dominica 2. Quadr. ut hoc titulo ab aliis Deiparæ Templis dignoſcatur, appellatur etiam à *Navicella* propter lapideam Naviculâ pro templi foribus poſitam, ſive ad monumentum miraculi, vel beneficii à Virgine in aliquo inter undas collati, ſive ad ejuſdem templi ornatum. Hæc inter Cardinalium Diaconias præcipua fuiſſe videtur, in ea enim ex Onophr. c. 3. de ſeptem Eccleſiis Archidiaconus Cardinalis reſidebat, eandem ſua antiquitate venerabilem, & jam ruinâ proximam Paſchalis Leuca annum Domini 877. auctore Anaſtaſio in ejus vita, ampliorum, meliorumq; à fundamentis renovavit, abſideſq; ejus muſivo opere muſſicæ decoravit, eiq; multa dona obtulit: poſtmodum Leo X. adhuc Cardinalis circa annum 1510. eam teſte Blondo, brevi ruituram reſecit: mox Pontifex creatus ipſam majori ſplendore reſtituit, atque elegantia laqueari exornavit.

25.  
S. Maria in  
Dominica,  
ſive in Na-  
vicella.

Paſchalis  
I. Pont. Anaſtaſ.

## S. MARIA DE POPULO.

S. Maria de Populo ſub colle Hortulorum Religioſiſſimi Ordinis E. emitarum S. Auguſtini piſſima ejuſdem Deiparæ imagine à S. Luca depicta, nobilitata hoc in loco ſubter Nuceis arbore cineres impuſſimi, ac ſceleſtiſſimi Neronis, qui primus in Chriſtianos perfectionem movit, condebantur, indeq; demones tanquam ex proprio depoſitionis, qui illac præteribant, mirum in modum erant inſecti quate Paſchalis II. anno 1099. ubi hæc divinitus

S. Maria de  
Populo ſub  
colle hor-  
tulorum.

Neronis  
Imperator,  
cineris à  
demonibus  
cuſtodit in  
Tyberina